

# ΕΚ ΤΗΣ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΟΤΚΑΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

**Α**πολιναρίου. Εἰ διὰ τὰ κρυπτὰ δόγματα, μυστικὰ <sup>cap. VIII. 16.</sup> καὶ ἀπόκρυφα ὄνομαζόμενα, ὁ λύχνος ἀπτεταῖ, ἵνα αὐτὰ δέξῃ, ἐκότως ἐπιφέρεται τῷ οὐδεὶς λύχνον ἄψας, τὸ οὐ γάρ ἔστι κρυπτὸν ὅ, καὶ τὰ ἑξῆς· τάχα δὲ καὶ τοῦτο δηλοῖ· εἰ γάρ καὶ κρυπτὴν ἔχει τὴν ἐργασίαν, ἀλλ’ ὅσῳ ἀνέστον καλύπτῃ διὰ τὸ ἀκενόδοξον, τοσοῦτον ὁ θεός αὐτὸν ἐπὶ πλέον δοξάζει, καὶ νῦν καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι· φύσιν γάρ ἔχει ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος, καθ’ ἣν κατεσκεύασεν αὐτὸν ὁ δημιουργός, λύχνου δεομένου τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου καὶ σοφίας καὶ ἀληθείας τῇ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀνάψεως· σπουδᾶζεν δὲ χρὴ τὴν δοξήσαν τὸν λαμπρότητα φυλάσσειν ἐν ὑψηλῷ, καὶ μὴ συγκαλύπτειν ἄργιλον, τὸ σύμβολον τῆς κλίνης, ἀναπαύουσα τὸ σῶμα τῆς σαρκίκας ἡδοναῖς· οὐ γάρ φυσικὸν ἡμῖν, ἀλλ’ ἐκδόσεως τὸ κάλλος· τὸ δὲ τοιοῦτον ἀμελούμενον ἀφίσταται· ἐπάγει δὲ ἡμᾶς τῆς ἴδιας φιλοδοξίας τὴν τὴν θεοῦ δόξαν τέλος τῶν ἐργῶν προτιθείς· ἐκότως δὲ ταῦτα πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγει, οὓς οὐδελε φανερῶς κη-

## A P O L I N A R I I

COMMENTARIORUM IN LUCAM FRAGMENTA.

**S**i ob occulta dogmata, quae mystica et apocrypha dici solent, lucerna accenditur ut illa collustret, merito verbis *nemo qui lucernam accendit*, subditur *non enim est occultum quod* etc. Fortasse etiam dicere vult: etiamsi opera sua celet homo, tamen quo magis ipse occulit modestiae causa, eo studiosius Deus illum gloria auget praesenti tempore futuroque saeculo. Porro hominis mentem hac natura creator instruxit, ut sit lucerna, quae rationis et sapientiae ac veritatis sincero lumine inflammetur. Dandaque opera est, ut concessum nobis splendorem sublimi loco conservemus, neque ignavia oculamus, cuius symbolum lectus, qui carnalibus voluptatibus corpus resolvit. Neque formositas nobis insita naturaliter, sed donum est: quae si negligatur, defluit. Sane Christus a vana nos gloria revocat, dum finem operum statuit gloriam Dei. Atque haec apte ait apostolis, quos voluit doctrinam

ρύξαι τὸν λόγον κοπιῶντας ἐν τῇ διδαχῇ, καὶ μὴ ἀναπεπτωκότας οἶναι βουλόμενος.

<sup>Cap.</sup> <sup>XVIII.</sup> <sup>29.</sup> Οὐδέτις ἔστιν ὃς ἀφῆκεν οἴκιαν η̄ γονεῖς η̄ ἀδελφούς η̄ γυναικα η̄ τέκνα. Ἀπολιναρίου. Προστέθηκεν ὁ Λουκᾶς καὶ περὶ γυναικὸς, οὐχ ὡς ἑτέρως ἀπαλλοτριώσθαι δέον τῷ γενεῖς, πλὴν ὅσον ἐν προτίμησε τῷ καλλίονος, καὶ πρὸς τὸ ἀνεμπόδιστον τῆς εὐαγγελικῆς διακονίας· οὐδὲ μὴν τὴν οἴκου καὶ χρημάτων ἀπόστασιν, ὡς ἀλλοτρίων ὅντων, χριστὸς ἀποδέχεται· ἀλλ' ὡς τε καὶ περὶ ταῦτα σχολαζεν τὸν ἀνακεσθαι μέλλοντα τῇ τῷ εὐαγγελίου λειτουργίᾳ· οὕτως τοίνυν οὐδὲ τὸν ἀπὸ γυναικὸς καὶ γάμου χωρισμὸν ὡς ἀπὸ τίνος πονηροῦ νομισέον ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ' ὡς τε μὴ δὲ τοῦτο ἐμπόδιον ἄναι τῷ λειτουργῷ· καὶ καθάπαξ η̄ τῶν πνευματικῶν προτίμησις οὐκ ἀλλότρια δέκινσι τὰ σαρκικὰ, ὡς ἐπιχειροῦσιν οἱ Μανιχαίου μαθηταί, μάτην τῷ Θεῷ τὴν κτίσιν ἀπητοῦντες καὶ ἀπαλλοτριοῦντες τῷ ποιητῷ τὰ ποιήματα· ἀδιάφορον δὲ τὸ λέγεν ἔνεκεν τῷ ἐμοῦ ὄνδιματος ὡς ὁ Μαθαῖος φησί, η̄ ἔνεκεν τῷ εὐαγγελίου ὡς ὁ Μάρκος, η̄ ἔνεκεν τῆς βασιλείας τῷ Θεῷ ὡς ὁ Λουκᾶς· τό τε γὰρ ὄνομα τῷ χριστοῦ δύναμις ἔστι τῷ εὐαγγελίῳ καὶ τῆς βασιλείας· τό τε εὐαγγέλιον εἰς ὄνομα ἀνήρτηται τῷ χριστῷ· καὶ η̄ βασιλεία τῷ Θεῷ διὰ τῷ ὄνδιματος αὐτοῦ γνωρίζεται καὶ παραγίνεται. N.

sperte praedicare , laborantes in magisterio , non se ignaviae tradentes .

*Nemo est qui reliquerit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios etc. Apolinarii. Addit Lucas uxoris quoque mentionem, ita tamen ut non aliter a cognato genere abhorrendum sit, quam rei sublimioris gratia, atque ut nihil ab evangelico ministerio nos impeditat. Neque enim larium aut pecuniae, tamquam rerum alienarum, omissionem Christus approbat, sed ita ut nequis impendat curam his, si quidem evangelicis munieribus functurus est. Sic itaque ne uxoris quidem nuptiarumque abstinentiam, ceu rei malae, credendum est commendari; sed eo tantum nomine, ut nulla ministro impedimenta sint. Omnino spiritualium rerum praelatio haud in alienorum numero carnalia ponit, ut Manetis discipuli volunt, qui Dei creaturam temere abolerent, remque factam a factore abalienant. Porro periunde est sive dicatur propter nomen meum, ut ait Matthaeus; sive propter evangelium, ut Marcus; sive propter regnum Dei, ut loquitur Lucas. Nam et Christi nomen vim habet evangelii et regni; rursusque evangelium in Christi nomen adsciscitur; et denique regnum Dei per Christi nomen agnoscitur atque venit.*

Α Εύρησπτε πώλον δεδεμένον. Ἀπόλιναρίου. "Οτι δὲ ση-<sup>cap.</sup>  
μένον ἦν τὸ γινόμενον, δῆλον· οὐ γὰρ αὐτὸς τῷ ὄρους τῶν ἐλεῶν  
εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσιόντι τῷ κυρίῳ χρεῖα τις ἦν ἐπ' ὅνου καθέζεσ-  
θαι, ὃς τὴν Τιουδαίαν καὶ Γαλιλαίαν ἀπασαν διήσει πεζός· αλλὰ  
τὸ ἔποχον αὐτὸν ἐπὶ τῷ πώλου θεωρεῖσθαι, δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῷ  
β νέῳ λαθῆ καθέζεσθαι τὸν οὐράνιον ἡγεμόνα καὶ βασιλεὰ τῆς Ἱερυ-  
σαλήμ· τὸ γὰρ νέον τῆς κλησεως ἐδήλωσεν ὁ πῶλος· αὐτοίς εἶται  
δὲ Ματθαῖος τὴν ὑποτύπωσιν τῶν πραγμάτων γεγενημένην ἐδείξει,  
οὐ μόνον τῷ πώλου μνημονεύμων αλλὰ καὶ τῆς ὅνου ἐπομένης· ὅτι  
καὶ ὁ Ἰσραὴλ ὕστερον ἀκολουθησει τῷ νέῳ λαῷ, καθάτότε ή μή-  
c τηρ τῷ πώλῳ· ὅτι γὰρ ἐπὶ τὸν πώλον ἐκαθέσθη, δηλοῦσιν οἱ λοι-  
ποὶ, οἱ καὶ μόνου τῷ πώλου μνημονεύσαντες ἀγομένου πρὸς τὸν  
Ἴησοῦν· ὁ δὲ Ματθαῖος εἰπὼν καὶ τὴν ὅνον ἀκαθέσαν, καὶ ἐπάνω  
αὐτῶν καθεσθέντα τὸν κύριον, οὐδὴ που ξυνωρίδα γενομένην τῷ  
τε πώλου καὶ τῆς μητρὸς λέγει· πῶς γέρ; αλλ᾽ ἐπομένην τὴν ὅνον·  
d δεδεμένος δὲ ὁ πῶλος καὶ ή ὅνος τοὺς προσδεδεμένους τοῖς ἀν-  
θρωπίνοις πράγμασιν ἐδείξει λαοὺς, καὶ μὴ ἀνέτοις εἰς τὸ δέξασ-  
θαι τὴν ἐπιβασιν τῷ κυρίῳ· ἀνιεμενὸς δὲ διὰ τὸ θάνον ἐπίταγμα  
τῷ κυρίῳ, μηδενὸς ἀποκωλύσαμεν δυνηθέντος, εἰ καὶ βλέποντα κωλύειν  
τινὲς, ὡς αὐτοὶ δεσπόται· αλλ᾽ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι φησιν, ἐρέτε  
e ὅτι ὁ κύριος αὐτῶν χρέιαν ἔχει· θεία δὲ κλῆσις ἐν ταῦτῳ δεδήλωται.

*Invenietis pullum alligatum. Prodigium huic rei inesse patet. Neque enim ex olearum colle Hierosolyma ingredienti Domino opus erat in asello sedere, qui Iudeam Galilaeamque pedester obibat. Verum eius in pullo equitatio significat caelestis ducis atque regis Hierosolymorum in novo populo thronum. Novitatem quippe vocationis demonstrabat pullus. Sed tamen Matthaeus accuratissime gestarum rerum imaginem deformavit, qui non pulli tantummodo sed asinae quoque sequentis mentionem fecit: quia videlicet ad extremum Israel novum populum subsequetur, velut eo tempore pullum mater. Sane quod in pullo equitaverit, significant ceteri, qui et unius pulli meminerunt ad Iesum adducti. Matthaeus vero dum asinam quoque ad Iesum adductam ait, illisque insidentem Dominum, haud bigam de matre pulloque factam dicit. Qui enim id fieret? sed sequentem asinam significat. Porro pullus alligatus et asina irretitos humanis negotiis populos ostendunt, neque recipienda Domini sessioni vacantes: qui ceteroqui divino Domini nutu solvantur, quin vetare quisquam possit, etiamsi herili potestate contradicere velit. Siquis, inquit, vobis aliquid dixerit, Dominum his opus habere respondebitis: quibus verbis divina vocatio demonstrata fuit.*

**cap. xx.** Εν πολαρίξουσι ταῦτα ποιεῖς; Ἀπολιναρίου. Τίς ων, οὐ πόθεν τὸ ἀξιωματικὸν φῶς τὸ ὑπέρ ήματος, ἀποκωλύεις ἄπερ ήμετος οὐκ ἐκωλύσαμεν ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ, διελέγχων τὴν ήμετέραν ἐπιστασίαν, οὐ καταισχύνων ὡς ἀμελῶς ἔχοντας περὶ τὸ τῷ ἵερῷ πρέπον; ἔδει δὲ οὐκ ἐρωτᾶν, ἀλλ' εἰδέναι μάλιστα μὲν ἐκ τῶν ἀνώ προφητῶν· εἰ δὲ μὴ τὴν Ἰωάννου μαρτυρίαν ἔναυλον τῇ μνήμῃ φέροντας, ὅτι οὗτος ἐστὶν ὁ προσδοκώμενος πάλαι σωτῆρ τῷ κόσμου, οὐ γινώσκειν τὴν ἔξουσίαν οὐ μὴ ζητεῖν περὶ αὐτῆς. N.

Ἐρωτήσω ϊματος καὶ γὰρ λόγον ἔνα. Ἀπολιναρίου. Ἐχρῆν μὲν οὖν ἀπὸ τῶν προφητῶν ταῦτα εἰδέναι· ἐπεὶ δὲ οὐ συνίασιν, αἴντικρυς μὲν μαρτυρεῖν ἔαυτῷ ὁ κύριος ἐκκλίνει, Ἰωάννην δὲ παρέχεσθαι μάρτυρα βούλεται· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀποδεξαμένοις οὐδὲ τὸν Ἰωάννην διαλέγεται, διὰ τοῦτο πρότερον ἐρωτᾷ περὶ τοῦ Ἰωάννου ἦν τινα γνωμην ἔχουσιν· αἱ γὰρ ἐκεῖνον ἦσαν ἀποδεδεγμένοι, πάντως καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀκόλουθον ἦν ἀποδεξασθαι· καὶ δούτως ἀντί πτίσαντο τὴν ἔξυσίαν· ἀναγκαίως οὖν ἐρωτᾷ διὰ ταῦτα περὶ τῆς χάριτος τῆς ἐν Ἰωάννῃ· αὕτη γὰρ αὐτὸν ἔντιμον καὶ ἀξιόπιστον καθιστοῦ μάρτυρα· καὶ εἴπατέ μοι φησὶ, πότερον ἐκ Θεοῦ ἦν τὸ βαπτισματικὸν Ἰωάννου, ή ἀνθρώπιγον; τὸ γὰρ ἔξ οὐρανοῦ λέγων, τὸ ἐκ Θεοῦ δεδήλωκε· λέγουσιν, οὐκ οἰδαμεν· καὶ

*In qua potestate haec facis? Quis tu, aut qua dignitate apud nos praeditus, id vetas quod nos nullo tempore prohibuimus? ministerium interim nostrum vituperans, infamiamque creans, quasi rem sacram segniter curemus. Atqui non tam sciscitari, quam e superioribus prophetis id cognoscere opus erat. Praeter quam quod recens erat apud eos Iohannis testimonium dicentis hunc illum esse iamdiu expectatum mundi servatorem: atque ita potestatem agnoscere oportuit non scrutari.*

*Rogabo et ego vos unum verbum. Oportuisset quidem haec a propheticis eos didicisse: quod quoniam minime sciebant, declinat sane Dominus quominus manifeste de se testetur, datque operam ut Iohannis testimonio utatur. Sed quoniam alloquitur homines qui ne Iohannem quidem probabant, idcirco in primis rogat eos quodnam iudicium de Iohanne habeant? Etenim si hunc probabant, prorsus consequebatur ut testimonium quoque reciperen: atque ita Iesu potestatem agnoscerent. Igitur necessario his verbis interrogat de Iohannis gratia; quae sane hunc honorabilem gravemque testem efficiebat. Ergo mihi dicite, inquit, Iohannis baptisma a Deo ne sit an humanum? Nam cum ait e caelo, rem a Deo manantem significat. Illi aiunt se nescire: qui-*

- ▲ πρὸς τοῦτο ὁ σωτὴρ ἀκολουθῶς, οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, φησι, ἐν ποίᾳ ἔξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ· τοῦτο δέ ἐστι, τὸ οὐ δύνασθε οὐδὲ περὶ ἐμοῦ ἀκούειν ὅστις εἰμί, ἐπεὶ τὸν μάρτυρα οὐ δέχεσθε, ὃς ἥλθεν εἰς μαρτυρίαν ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τῷ φωτός· εἰ γὰρ ἡπίστασθε ὅτι τὸ φῶς εἴμι τὸ ἀληθινὸν, ἔγγωντε ἀν ὅτι εἰκότως ἀφαιρῶ τὸν σκότον τῆς φιλοκερδείας ἀπὸ τῷ Ἱεροῦ. N.

Πειψώ τὸν υἱὸν μου τὸν ἀγαπητόν· ἵσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται. Ἀπολιναρίου. Οὐχ ὡς ἀγνοοῦντος μὲν τοι τὸ ἀποβοσόμενον τῷ πέμποντος ἄρπται τὸ, ἵσως τοῦτον ἐντραπήσονται, ἀλλ' ὡς τῷ πράγματος ἔχοντος τὸ ἀξιον ἐντροπῆς· δούλους δὲ πρώτους λέγει τοὺς ἐν καιρῷ Ἡλίου, ὅτε τοὺς πλέονας ἀνεῖλεν Ιεζαφέλ· δευτέρους δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἀμώς καὶ Ὁσπέ καὶ Ἡσαΐαν, ὑφ' ἐν τάγμα καμένας παρὰ τῷ Ματθαίῳ, μέχρι τῶν τελευταίων, τῶν περὶ Ἰερεμίαν καὶ Ιεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ· ὁ δὲ Μάρκος καὶ Λουκᾶς εἰς τρία διεῖλον μέρη τὴν τῶν προφητῶν ▶ ἀπόστολήν· δοῦλον λέγοντες ἀπεσταλμένον, πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, ἵν' οἱ περὶ τὸν Ἡσαΐαν δῆπου κεχωρισμένως εἰσάγωνται, τῶν περὶ τὸν Ιεζεκιὴλ τελευταίων ὄντων· καὶ κατὰ ταύτην γε τὴν διαίρεσιν τὸ τὰ τρία ἔτη ἔρχομαι καρπὸν ζητῶν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ καὶ οὐχ εύρισκω, εἰς τοὺς προφήτας ἀν λέγοιτο· ἵνα ε τὸ τέταρτον ἔτος ἦ, τὸ τῆς παρουσίας τῷ κυρίῳ· ἐπάγει δὲ ἡ

bus consequenter subdit servator: ne ego quidem vobis dico, in qua potestate haec facio. Hoc est, fieri nequit ut quis ego sim intelligatis, quoniam testem non recipitis, qui venit ut testimonium lumini perhibeat. Nam si me verum lumen esse crederetis, profecto non ignoraretis me avaritiae tenebras iure meritoque de templo pellere.

*Filium meum dilectum mittam: hunc ubi asperxerint, fortasse reverebuntur.* Haec ait, non quia mittens nesciret quid eventurum esset, sed quia reapse negotium reverentia dignum erat. Primos autem servos ait illos aetate Eliae, quos plurimos occidit Iezabel. Posteriores intelligit Amosum, Oseam, Isaiam, uno ordine positos apud Matthaeum, usque ad postremos Hieremiam, Ezezielēm, Danielem. Marcus vero Lucasque in tres dividunt partes prophetarum missionem: narrant enim famulum primum, alterum, tertiumque missum; ut Isaiam cum aliis seorsum sistant; postremusque Ezeziel item cum aliis sit. Iuxtaque hanc divisionem illud etiam, *tertio iam anno fructum ab hac sicut petens, nullum invenio, ad prophetas refertur; ita ut quartum in annum adventus*

(1) Huc usque extat scholion Apolinarii quam in alio codice vaticano;

παραβολὴ τὸ κατὰ τὸ κυρίου τόλμημα, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἡ  
ἔξω τὸ ἀμπελῶνος, τούτεστιν ἔξω τῆς πόλεως καὶ τὸ ναοῦ, καὶ  
ἀπέκτεναν. N.

Ἐπερώτησαν αὐτὸν λέγοντες. Ἀπολιναρίου. Οὓτοι μὲν τοι  
οἱ ἥρωδιανοὶ μετὰ τῶν φαρισαίων προσήσαν τῷ κυρίῳ, καὶ πα-  
γῆδα αὐτῷ ἤτοι μασταν ως ϕῶντο δυσδιάφυκτον· εἰ μὲν γὰρ ἐπε-  
δεῖν δοῦναν Καισαρὶ φόρους, διαβλητέος πρὸς τὸν λαὸν ἔμελ-  
λεν ἔσεσθαι, ως τὸ ἔδυνος καταδουλῶν· εἰ δὲ καὶ ἐκώλυσεν, οἱ τῷ  
ἥγεμόνος συνέλαβον ἀν αὐτὸν· διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἐγκώμια καὶ ἡ μαρ-  
τυρία τῷ ἀληθεύειν ἀπάντα, καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ὄρθην μετὰ παρ-  
ρηστας ὑποτίθεσθαι· αὕτη γὰρ ἡ ὁδὸς τῷ θεῷ τὸ μὴ φροντίζειν  
τινὸς, μηδὲ ὑποστέλλεσθαι πρόσωπον· ταῦτα γὰρ φασὶν ὥστε  
ὑπαγαγεῖν αὐτὸν καταφρονῆσαι μὲν τῷ ἀρχοντος, ἀπαγορεῦσαι  
δὲ τοὺς τελουμένους τῷ βασιλεῖ φόρους· εἰδότας ὅτι καὶ Ἰούδας ὁ  
γαλιλαῖος εἰσηγησάμενος μὴ ὑπακούειν βασιλεῖ, μὴ δὲ ἀπογρά-  
φεσθαι τὰς οὐσίας, ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπέδοντο αὐτῷ  
διεσκορπίσθησαν· πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην πεῖραν ὅτῳ σωτῆρος λα-  
γος πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐξελέγχει ὅτι πειράζουσιν, ἵνα μὴ δὲ ως  
λαθόντες αὐτὸν μέγα φρονῶσιν, ἀλλ᾽ εἰδῶσιν ὅτι καὶ τὰ ἐγκάρ-  
δια γινώσκει· εἴτα κελεύει τὸ ἀργύριον προσενεχθῆναι αὐτῷ τὸ  
τῷ βασιλεῖ τελούμενον· καὶ οὐχ ὅτι ἀγνοεῖ τὴν ἐπιγραφὴν, ἀλλ᾽

Domini incidat. Addit autem parabola facinus adversus dominum, quod eum  
vinea expulerint, hoc est urbe ac templo, ac denique occiderint.

Rogaverunt eum dicentes. Herodiani hi sunt, qui cum Phariseis vene-  
runt ad Dominum, eique laqueum ut ipsi quidem opinabantur aegre vitabilem  
tetenderunt. Nam si tributum Caesari dandum diceret, in odium populi in-  
curreret, quasi servitium gentis praeggravaret. Sin forte prohibuisset, praesidis uti-  
que satellites eum comprehendissent. Hinc illae præviae laudes, et quod in  
omni re veritati studeret, et quod confidenter quidquid bene visum esset fa-  
ceret: quia haec scilicet via Domini esset, neminis rationem habere neque  
alicuius aspectum reformidare. Sic aiunt, quo ei praesidis contemptum sua-  
deant, atque ut ipse principi tributum pendere vetet. Noverant enim Iudam  
quoque galilaeum, deterrentem homines ab obseruantia principis atque a re  
familiari censui subiucenda, morti traditum, et quotquot ei auscultabant disper-  
sos. His insidiis occurrens servatoris sermo, primo quidem hoc ipsum arguit  
quod se tentarent; ne forte se nescium felissime gloriarentur, immo vero agno-  
scerent, se mentium quoque arcana scire. Deinde iubet denarium proferri  
quem principi penderent: neque sic loquitur, quia nesciret inscriptionem,

▲ Ἡνα· ἐκ τῷ θεωρεμένῳ τὴν ἀπόκρισιν εὐλόγως ποιήσονται· καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀποκρίνονται τὸ ἐπόμενον ἀκούσωσι. N.

'Απολιναρί<sup>8</sup>. Τὸ ὡς ἄγγελοι τῷ θεῷ ἐν οὐρανῷ, γάρ τους <sup>xx. 30</sup> αὐθιρώπτοις ἔσεσθαι ἐν οὐρανῷ δηλοῖ·, ἀλλ' ὡς τοὺς οὐρανίους ἄγγελους· ὁ γὰρ Μάρκος οὕτω φησὶν<sup>b</sup>, ἔσονται ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ· ὥσπερ γὰρ τὸ ἄγγελικὸν πλῆθος πολὺ μὲν ὅν, οὐ μὴν ἐκ γεννήσεως αὐξηθὲν, ἀλλ' ἐκ δημιουργίας ὑπάρχον, ἀπειρόν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ ἀνισάμενον πλῆθος τῶν ἀνθρώπων· ὅτι δὲ γενήσεται ἀνδοτασίς καὶ οὐκ ἀδύνατον τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἐξ ἐπαγγελίας τῷ θεῷ δέκνυσι καὶ οὐκ ἐκ φυσιολογίας· ἵσμεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὴν λέξιν ταύτην οἱ ἀπὸ Μαρκίωνος καὶ Οὐαλεντίνου ἔτι μάχονται, εἰς ψυχὰς ἀνάγοντες τὸν λόγον· ταῦτας γὰρ ζῆν, καὶ περὶ τούτων εἴρηκέν με τὸν κύριον φασὶν, ὡς τούτων ὄντος θεός· γ-

**Verum ut e re oculis subiecta concinnam ipse responcionem facheret , illique consentanea suis dictis audirent .**

Verba sicut angelī Dei in caelo haud homines in caelo futuros significant , sed caelestibus angelis similes evasuros . Etenim Marcus ait futuros ut sunt angelī Dei in caelo . Nam sicuti angelorum numerus permultus est , neque tamen procreationibus auctus , sed creatione infinitus est ; ita erit resurrectum quoque hominum multitudo . Quod autem futura sit resurrectio , neque ea res impossibilis sit , Dei promissione non physica doctrina ostendit . Sane novimus Marcionitas ac Valentianos adhuc hanc lectionem oppugnare , dum haec verba ad animas referunt . Has nimur vivere , et de his locutum Dominum aiunt , tamquam harum reapse Deum . Atqui Sadducei non

(a) Deest in cod. Ἡνα . (b) Cap. xii. 25. Scilicet autem οἱ ἐν οὐρανῷ , nam praecedens οἱ vocis ἄγγελος sequentem absorpsit .

(1) Si Apolinarius prae oculis habet primam , id est iustorum , ut aiunt millenarii , resurrectionem , post quam ipsi existimant vitam iustos in hoc orbe diu producturos , caelestem moribus et visione Dei , sed terrenam incolatu , donec in caelum denique abripiantur , is absurdam quidem sed non haereticam , ut arbitror , sententiam sequitur . Sin hominum corpora nunquam in caelo futura ait , is ab ecclesiae catholicae doctrina aperite disredit . Apolinarii futilia de millenario regno dogmata reprehenduntur in Cyrilli apologetico concil. ephes. ed. Colet. tom. III. p. 1366. Eiusdem Apolinarii libros de resurrectione fabulosos et iudaizantes vituperat magnus Basilius ep. ccl. xiii et ccl. xv , itemque Hieronymus prolog. lib. xvi. in Isaiam . Idem Hieronymus ibidem commemorat veterum , praesertim haereticorum , de anima-

rum et humanae carnis statu controversiam , quam infra videtur attingere Apolinarius . Sane animas defunctorum statim post hominis obitum premium vel poenam pro meritis consequi ante corporum etiam resurrectionem confessa est graeca simul latinaque ecclesia in generali concilio florentino ed. praedict. tom. xviii. p. 30 - 31 , quum antea pars aliqua Graecorum super ea re dissentiret , ac piiorum animas ante corporum resurrectionem nonnisi tranquilla quadam spe aut visione fruimodice opinaretur . Gravissima denique sollemnisque fuit sententia dicta a Iohanne papa xxi circa piarum animalium a corporibus secretarum non dilatam beatitudinem . Multo tamen antea magnus Gregorius papa doctrinam hanc diserte tradiderat dialog. III. 25 ; ne alios auctores in re notissima et certissima laudem ,

δέπου δέ σαδδουκαίοις περὶ ψυχῶν ἦν ἡ ἀντιλογία, ἀλλὰ περὶ τῶν σωμάτων<sup>1</sup>, ὥστε περὶ τούτων ἡ ἀπόκρισις· λέγεται δὲ τότε ἀνίστασθαι ὁ νεκρὸς ὅταν μετὰ σώματος ἡ ψυχὴ· οὐχ ὡς τῆς ψυχῆς ἐν τῷ μεταξύ διαλελυμένης, ἀλλ' ὡς ἀπραχτούσης καὶ τὰ τῆς ζωῆς ἵδια ὅσα μετὰ σώματος οὐκ ἔχουσσης· ἐν γάρ τοι τὸ συναμφότερον ἔστιν ἀνθρώπος, καὶ ἡ ζωὴ κοινὴ, καὶ ἑκατέρου δεῖ πρὸς τὸ τὴν ἐκ θανάτου ζωὴν πάλιν συστῆναι· ἐμπίνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου· ἐδόλωσεν ἐπὶ τῆς γραφῆς τῆς βάτου· αὕτη δὲ ἱστόρηται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ἔξοδου.

<sup>Cap.</sup> <sup>xxii.</sup> <sup>δ</sup> Εγένετο δὲ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μέζων. Ἀπολιναρίου. Ή ἐν αὐτοῖς γενομένη φιλονεικία τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ μέζων εἶναι, φαίνεται τοιαύτην ἔχουσα τὴν κίνησιν, ὡς ἐπειδήπερ ὁ κύριος ἐξ ἀνθρώπων μεθίσταται, δέοι τινὰ ἐξ αὐτῶν, τῶν ἄλλων ἡγεμόνα γενέσθαι, ὥσπερ ἐν τάξει τῇ τοῦ ρίου· ὁ δὲ σωτὴρ αὐτὸς τάναγτίον παρεγγυᾶ μὴ ζητεῖν τὸ πρωτεῖον καὶ τὸ προστατεῖν τῶν ἄλλων.

<sup>38.</sup> Φιλήματι τὸν οἰὸν τῷ ἀνθρώπῳ παραδίδως; Ἀπολιναρί<sup>8</sup>. Σημαῖον τὸ φίλημα δέδωκας ὁ προδίδος, διὰ τὸ καὶ μᾶλλον πλησιότατη δύνασθαι κατὰ τὴν συνήθειαν; καὶ ὁ κύριος φιλοῦντα μὲν αὐτὸν οὐκ ἀπεστράφη, τῇ τε συνήθει πραθητι καὶ προσελέγχων ἔδειξε δὲ αὐτῷ, ἵνα μὴ νομίζῃ λανθάνειν, ὅταν οὐκ ἐπὶ τῷ

animarum sed corporum dogmati adversabantur: quare de corporibus responsum fit. Dicitur autem tunc resurgere mortuus, cum anima in corpus reddit: non quia interim dissoluta fuerit anima, sed quia veluti sine humanis actibus mansit, neque vitam cum corpore communem habuit. Rei quippe utriusque coniunctio homo est, et vita communis; reque utraque opus est ad vitam denuo post obitum redintegrandam. Rem porro commemoratione dictorum apud rubrum demonstravit, quae historia in exodi libro scribitur.

*Facta est contentio inter illos quis eorum videretur esse maior.* Contentio inter eos de principatu excitata videtur inde habuisse ortum, quia mox Domino ex hominibus excessuro, necesse videbatur aliquem reliquorum ducent fieri, ac Domini veluti stationem tenere. Verumtamen servator contrarium mandat, ne primatum videlicet adaptant, atque ut ne ceteris praeesse velint.

*Osculo filium hominis prodis?* Osculi signo uteris proditor, ut facilius me adeas ob veterem consuetudinem? Et Dominus quidem osculanem non aversatur; tum solita mansuetudine reprehendens demonstrat ei (ne is forte

(1) Act. xxiii. 8.

▲ το αὐτὸν δέχεται ὅπερ σχηματίζεται διὰ τῷ φιλήματος, ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνο ἐφ' ὅπερ ἡκαὶ καὶ βούλεται τῷ ἐπιτελέσθαι.

Αὕτη ύμῖν ἔστιν ὥρα. Ἀπολιναρίς. Τυτέστιν ὁ τῆς συγ-<sup>53</sup>  
χωρίσεως καιρός.

Εἰ σὺ εἶ ὁ χριστός, ἐπὲ ήμῶν· εἴπε δὲ αὐτοῖς κ. τ. λ. Ἀπο-

■ λιναρίς. Ἐλέγχοντος μέν τοι ἦν αὐτὸς τὸ εἰρημένον, ὅτι ό̄ παν-  
τελῶς διαλέληθεν αὐτὸς τὸ πρᾶγμα διὰ τὴν ἐκ τῶν σημείων ἐπί-  
γνωσιν· πόδεν γὰρ τὸ λέγεν τοῦτον μόνον χριστόν, ὅπερ ἐφ' ἐτέ-  
ρων οὐκ εἰρήκασιν; ἐπιφέρει δὲ τὸ τῆς χρίσεως, ἀπειλῶν ὅτι  
○ ὅψονται αὐτὸν ἐν τῇ οὐρανίᾳ δόξῃ φαινόμενον· ἀλλ' ὅμως ἀκά-  
στατες οὐκ ἔπτηξαν οὐδὲ ἐφυλαξάντο, ἀλλὰ βλασφημίαν εἴπον  
εἶναι τὸν λόγον· οὕτως οὐκ εἰς ὠφέλειαν τοῖς ἀνηκόοις αἱ τῶν μυ-  
στηρίων ἀποκαλύψεις, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν· τὸ δὲ ὑμεῖς λέγε-  
τε ὅτι ἐγώ εἰμι, φησὶ προσλαμβάνων γὰρ τὴν ἐκείνων ἀκόντων  
μαρτυρίαν· Εἰ γὰρ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν ὃ περὶ μηδενὸς ἔτέρου,

■ δῆλοι γίνονται μείζονα ἐν αὐτῷ γὰρ οἵα οὐκ ἐν ἔτέρῳ τινὶ καταλη-  
φότες· όδε μίαν γὰρ ἔχει χώραν εἰς ὑποψίαν τὸ πρᾶγμα, τὸ μη-  
δαμόθεν εὐλόγιας δυνάμενον ὑποπτεύεσθαι· διόπερ φησὶ ὅτι ὑμεῖς  
λέγετε ὅτι ἐγώ εἰμι, τυτέσιν ἀκοντες μαρτυρεῖτε· δύναμιν ὄμολο-  
γίας ἔχόστης ὑμῶν τῆς ἐρωτήσεως· ό γὰρ αὖ ἐπύθεσθε περὶ ό μηδὲν  
■ αὖ πρώτησεν ἔτερος, εἰ μὴ τὸ πρᾶγμα ήγενετο τὴν ὑπόληψιν. N.

Iesum se celare putaret ) minime eum se recipere ad id quod osculo simu-  
labat, sed ad facinus cuius patrandi causa venerat.

*Haec est hora vestra. Hoc est indulgentiae meae tempus.*

*Si tu es Christus, dic nobis. Respondit autem eis etc. Christi responso*  
redarguuntur; neque enim res eos latebat, qui prodigia resciverant. Cur enim  
hunc solum dicebant Christum, quam appellationem ceteris non impertiebant?  
Quamobrem sententiam servator fert; minatur scilicet fore ut se videant caelesti  
gloria circumdatum. Neque tamen dicto territi sunt, neque saluti suae consu-  
luerunt; immo sermonem blasphemiae insimulaverunt. Adeo mysteriorum re-  
velationes nil prosunt contumacibus, vel potius eosdem damnant! Iam verba *vos*  
*me esse dicitis* idcirco ait, ut vel invitōrum testimonium recipiat. Si enim de  
illo dicunt, quae nemini praeterea tribuunt, satis declarant se maius aliquid  
in eo quam in ceteris deprehendisse. Nullus enim suspicioni locus est, nisi  
alicunde recta conjectura fieri possit. Ait ergo *vos me esse dicitis*, hoc est  
inviti mihi testes adestis. Habet quippe confitendi vim sciscitatio vestra. Ne-  
que enim interrogaretis de eo quod aliis nemo percontaretur, nisi vobis  
ipsa res suspicionem iniiceret.

<sup>Cap.</sup> <sup>39.</sup> Εἰς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμαι αὐτόν. ¶  
<sup>XXIII.</sup> Ἀπολιγαρίου. Ἀπλούστερον μὲν ὁ Ματθαῖος ἀπεν ὅτι καὶ συ-  
 σταυρωθέντες ὠνείδιζον αὐτῷ· ἀκριβέστερον δὲ ὁ Λουκᾶς ἔνα φη-  
 σὶν εἶναι τὸν βλάσφημον· εἰκὸς δὲ ἦν καὶ τοὺς δύο πρότερον βλασ-  
 φημένην, οὐκ ἀδότας ἐφ' ὃ κατεκρίθη· μαθόντας δὲ, τὸν μὲν ἔτε-  
 ρον μεταβαλέσθαι, τὸν δὲ ἔτερον ἀμετάθετον ἔχεν τὴν πονη-  
 ρίαν· πολλοὺς γὰρ ἀντίδοι τις ἐφ ὄμοιοις καταδικασθέντας,  
 καὶ τοὺς μὲν ὄμολογοῦντας καὶ καταψηφιζομένους ἐαυτῷ, τοὺς  
 δὲ ἀρνουμένους καὶ ἐφ ὄμολογουμένοις. N.

<sup>XXIV.</sup> Ἀπολιγαρίου. Παραγενέσθαι μὲν τοι τὰς γυναικας φησὶν  
 ἐπὶ τὸν τάφον ὁ μὲν Ματθαῖος ὀψὲ σαββάτων, ὁ δὲ Λουκᾶς ¶  
 ὄρθρου βαθέος, καὶ Ἰωάννης μιᾶς τῶν σαββάτων πρωὶ σκοτίας  
 αὕτης· ὡς φαίνεσθαι προκεκοφυῖαν τὴν νύκτα πολύ, καὶ πρὸς  
 ἡμέραν εἶναι· τὸν γὰρ τοιοῦτον καιρὸν, δυνατὸν καὶ ὀψὲ σαββά-  
 των καλεῖσθαι, καὶ βαθὺν ὄρθρον τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων· λιαν  
 δὲ πρωὶ καὶ ὁ Μάρκος ἀπών, τὸν νυκτερινὸν ἔτι τῆς ὥρας ἐδήλω-  
 σε· δῆλον γὰρ ὅτι οἱ μὲν μίαν σαββάτων ἀπόντες, τὴν ανα-  
 στάσιμον ἡμέραν ἐβούλησαν ἐπιδεῖξαι· ὁ δὲ Ματθαῖος τὸ ὀψὲ  
 σαββάτων λέγων, τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναστάσεως δηλοῖ· ἀρχεταὶ  
 γὰρ ὁ σαββατισμὸς οὐδαίοις καὶ πᾶσα ἑορτὴ νόμιμος ἀπὸ ἐσ-  
 πέρας. ■

*Maleficorum autem cruci pariter fixorum unus blasphemabat eum.* Sim-  
 plicius Mattheus ait eos quoque qui pariter crucifixi erant convicia ingessisse.  
 Ceteroqui accuratius Lucas unum ait blasphemum fuisse. Opinari vero licet  
 utrumque antea blasphemum fuisse, quoad causam damnandi Iesu nesciverunt:  
 qua mox cognita, alter quidem mentem immutavit, alter in malitia persevera-  
 vit. Profecto multos videre licet eodem damnatos crimine, quorum alii et rem  
 fatentur et sibi ulti poenam irrogant, alii manifestum etiam scelus infitiantur.

Ad sepulcrum venisse mulieres ait Mattheus sero sabbatorum; Lucas  
 profundo mane; Iohannes una sabbatorum mane tenebris adhuc obtinentibus.  
 Hinc patet noctem admodum proiectam fuisse, neque a luce diurna absuisse.  
 Tempus enim huiusmodi appellare licet et sero sabbatorum, et profundum  
 mane unius e sabbatis. Iam et Marcus valde mane dicens, nocturnam adhuc  
 fuisse horam significavit. Porsus constat, qui unam sabbatorum dixerunt,  
 eos diem resurrectionis voluisse osteudere; Mattheum sero sabbatorum dicen-  
 tem, resurrectionis initium demonstravisse. Iudaicus enim sabbatismus atquo-  
 omne legale festum vespere initium capit.